



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilea Sacra Sive Episcopatvs Et Episcoporvm
Basileensivm Origo Ac Series**

Sudan, Claudio

Brvntrvti, 1658

39. Lutoldus I. Baro in Rottelen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

Christi
Anno
1191.

LVTOLDVS I.

s e v

LVITOLFVS,

Baro in Röttelen.

Episcopus Basileensis.

XXXIX.

Cognita morte Henrici, postero
mox anno 1191. electus est in Epi-
scopum Lutoldus, & litem statim
habuit cum Vdalrico Eremi Abbatे
(quemadmodum referunt eius an-
nales) super institutione Parochi in
Oberkilch. Anno deinde 1200. au-
thore Trithemio in Hirsaugensi
Chron. cruce & ipse signatus decorâ
tum & communi Christianis mili-
tibus tesserâ, cum Balduino Flan-
driæ Comite, aliisque Germaniæ
Principibus, contra Saracenos in Pa-
læstinâ profectus est, unde salvus su-
am Basileam reviserit: si quidem an-

O 4

no

*Anno
C. n. B.
1209.* no 1207. subsbripsit Diplomati Cæ-
fareo Basileæ dato, & anno 1209. Co-
mitiis Herbipolensibus interfuit,
ubi per legatos Pontificios Hugo-
nem Ostiensem, & Leonem Sabi-
nensem Episcopos Cardinales di-
spensatum, ut Otho IV. Imperator
affinem suam Beatricem filiam Phi-
lippi, quocum novem annis de Im-
perio certaverat, in coniugem duce-
ret, Româniique Augustalia de manu
Pontificis accepturus proficiscere-
tur. In Vrbem igitur Augusto men-
se profectus, in splendidissimo Prin-
cipum & plerorumque Germaniæ
Episcoporum comitatu (quos in-
ter Lutoldus Basileensis) ab Inno-
centio tertio, Cæsareo diademate
redimitus est. Ita inauguratus O-
tho, obnitente multùm & invito
Pontifice, aliquot Appuliæ Siciliæ-
que invadit civitates. Quâ re co-
gnitâ, Innocentius Anathemate fe-
rit

rit Othonem, Imperium ei abrogat,
& desert Friderico Siciliæ Regi Hen-<sup>Anno
cristi
1111.</sup>
rici VI. Imperatoris ex Constantia
Siciliæ Regina filio, Friderici Bar-
borossæ Nepoti. Is tempore uten-
dum ratus, non minus quam in ex-
pectato Pontificis beneficio, anno
1212. clusis adversarij sui Othonis
machinationibus, in Germaniam
per Rhætorum montes properat:
Constantiam appellit, Basileæ exci-
pitur per honorificè, eique se mox
addicunt Henricus Argentinensis,
Lutoldus Basileensis, & Comes à
Vœringen: qui & eum Moguntiam
usque prosecuti sunt. Fridericus
aucto Moguntiæ, eorum, qui sibi
faverent, Principum numero, ad Im-
perij Coronam Aguisgranum con-
tendit. Quam rem pluribus tra-
ctat Guilliman. in Henrico Episco-
pos 54. Argentin. & fusè in Conrado
53. ex Trithemio aliisque refert,

O s quid

*Anno
Christi
1213.* quid memorabile acciderit ætate Luitolphi, qui fatis concessit 1213. Is tribus ante obitum annis, civitati Basileensi (fortè pro liberaliter factis sibi impensis pro itinere Romano cum Cæsare) concessit institutionem Tribuum, quibus fas esset, singulis annis, unum ex qualibet tribu, in numerum Nobilium & Senatorum deputare. Vrstif. lib. 2. c. 6. in fine.

VVALDRICVS.

*Basileensis Episcopus.**X L.*

VValdricus à Rottelen, ita nominat ipsum Vrstisius, malis & violentis artibus pedum Basileense attrectavit: qua de causa Romæ 1215. in Concil. Lateranensi ab ipsis Canonicis Basileensibus accusatus, non statim ac jussus est, ab Episcopi nomine